ANTONIO BERLESE
(Via Romana, 19 — Firenze)

LISTA DI NUOVE SPECIE E NUOVI GENERI DI ACARI

Nei manipoli V e VI, di recentissima pubblicazione, illustro 100 specie di acari, di cui do anche le figure. Moltissime altre specie nuove ho tuttavia già studiate e di presente, appunto, do le diagnosi di oltre un centinaio di esse, di tutto il mondo, mentre continuo lo studio del ricchissimo materiale, che gran numero di naturalisti mi invia benignamente di ogni dove e di quello ancora che vado io stesso raccogliendo in Italia.

Le specie qui elencate saranno illustrate con più estese diagnosi e con figure nei *Manipoli* VII, VIII e IX, ai quali attendo.

PROSTIGMATA.

Tetranychus pantopus n. sp. (Foem). Triangularis, valde humeratus, setis curtioribus, crassis, scabratulis ornatus; pedibus omnibus (praecipue primi et secundi paris) corpore saltem duplo longioribus. Ad 250 μ. long.; 220 μ. lat. (cum pedibus, a summo pede antico usque ad summum posticum 1000 μ. long.).

Habitat super *Ficus* sp., « Moreton Bay, Australia ». (Froggatt!).

Tetranychopsis histricina n. sp. Color? Facies *T. horridae* sed non vel vix excavata in dorso, pilisque dorsi multo exilioribus, apice lenissime barbatulis, tuberculo subnullo sustentis. Ad 550 μ. long.; 360 μ. lat.

Habitat super arbores fructiferas in « Australia » N. S. W. (Froggatt!).

Ereynetes cruciatus n. sp. *E. veloci* Europae subsimilis sed sculptura scuti diversa. In scuto (dorsuali cephalothoracis) lineae chitineae sunt antrorsum directae valde divergentes, haud ramosae; posticae e medio scuto descendentes utrinque duae, externae extrorsus ramosae; transversa postica nulla. Ad 300 μ. long.; 160 μ. lat.

Habitat. Duo collegi exempla super *Copris molossus*, « Giava ». (Jacobson!), quare in fimo obvium puto.

Ereynetes inermis n. sp. Albido-hyalinus. Scutum Antici dorsuale nullum. Pili corporis brevissimi et crassiusculi, exceptis consuetis duobus Antici et postici corporis tactilibus perlongis, exilioribus. Palpi 4-articulati. Ad 200 μ. long.; 110 μ. lat.

Habitat inter folia putria ad terram, « Firenze ».

Rhagidia heteropoda n. sp. Albicans, setis humeralibus robustis, longis, caeteris curtis; palporum articulo postremo vix duplo longiore quam lato, ovale; pedibus anticis caeteris multo longioribus et (fere duplo) crassioribus. Ad 500 μ. long.; 200 μ. lat.

Habitat in muscis Etruriae « Toiano, Pisa ».

Gen. **Alicorhagia** n. gen. Facies gen. *Rhagidia* sed characteres gen. *Alicus,* sive abdomen sulcis transversis signatus, palpi 5-articulati; anticum setis sensorialibus etc. Unguis pedum unicus. Mandibulae robustae, chela valida, fere ut in Rhagidiis. Species typica *A. fragilis* n. sp.

Alicorhagia fragilis n. sp. Albido-hyalina, elongata, setis curtis, barbatulis bene induta, tactilibus Antici longissimis, exilioribus.

Pseudocapitulum late conicum. Pars antica abdominis lateraliter constricta fere ut in subgen. *Leptalicus* (ex gen. *Alicus*). Pedes longi et robusti. Ad 250 μ. long.; 100 μ. lat.

Habitat inter folia putrescentia ad terram, « Firenze ».

MESOSTIGMATA.

Discopoma integra n. sp. Foem. ovalis, convexa, scuto dorsuale ovato, haud impresso vel aliter sculpto, aeque convexo, leniter punctulato. Scutum dorsi marginale integrum, totum aeque chitineum, transverse striatulum. Scutum genitale longe ovatum, usque ad extremas quartas coxas productum. Ad 450 μ. long.; 360 μ. lat.

Habitat sat rara in muscis ad « Vallombrosa, Palermo, Roma ».

Discopoma simplex n. sp. Foem. terreo–badia, ovalis, nostrae *D. splendidae* et *D. simulantis* subsimilis sed scuto dorsuali medio non vittis chitineis transversis cum marginali coniuncto, tantum mucronibus utrinque tribus galli cristae subsimilibus, vix elevatis. Ad 850 μ. long.; 650 μ. lat.

Habitat in ligno putri « Batavia, Giava ». Collegit Clariss. Jacobson.

Discopoma puella n. sp. Foem. terrea, ovalis (tamen postice vix latior). Scutum dorsuale bigibboso–carinulatum, in parte media bene areolatum, ad latera nitidum, lineis exilioribus aliquot trasversis signatum. Pars abdominis postica scutulis perparvulis sex, piliferis ornata. Scutum genitale maius, rectangulum, anterius vix rotundatum, posterius truncatum (ad extremas quartas coxas), totum sternum occupans. Ad 430 μ. long.; 300 μ. lat.

Habitat in foliis putribus « Columbia ».

Trachyuropoda (Janetiella) dominula n. sp. Testacea, lagenaeformis, tota aeque reticulata, excepto scuto genitali foeminae. Dorsum in medio longitudinaliter vix depressum. Margines

verruculati setis omnino destitui. Foeminae scutum genitale ferri equini perlongi instar configuratum, anterius tamen attenuatius. Mas sterno expolito, scuto genitali inter quartas coxas. Ad 550 μ. long.; 350 μ. lat.

Habitat in humo, « Florida ».

Trachytes pi n. sp. Badius; facies *T. lambdae,* cuius affinis, quamvis scutulorum foeminae ventralium fabrica bene diversus. Foem. Crista chitinea iugularis, ante scutum genitale π graeci–formis. Scutum genitale bene trapezinum, lateribus rectis; latere antico vix incurvo, angulis fere in spinam transverse desinentibus. Scutula piligera ventralia (ante scutum anale) nulla. Ad 700 μ. long.; 450 μ. lat.

Habitat inter folia putria, « Palermo ».

Dinychus appendiculatus n. sp. Badius, longe cordatus, postice acutus; scuto medio dorsuale posterius in appendiculam brevem, bene chitineam, subspathuliformem, prominulam desinens. Foeminae epigynium amygdaliforme usque ad mediam posticorum pedum coxam productum. Foem. et mas ad 660 μ. long.; 400 μ. lat.

Habitat. Collegi profunde infossum in terra Florentiae.

Zercon columbianus n. sp. *Z. trigono* prima facie subsimilis sed margine postico integro dermateque dorsi minus sculpto, pilisque lateralibus diversus. Adsunt enim utrinque ad margines septem pili curti, penicillati, aequedissiti. Prope marginem posticum annuli (interrupti) quatuor sunt chitinei ut in *Z. triangulari.* Ad 330 μ. long.; 270 μ. lat.

Habitat in foliis putrescentibus, « Columbia ».

Zercon radiatus n. sp. Sat *Z. ornato* similis sed bene diversus. Margo abdominis posticus integer setisque destitutus. Margines laterales utrinque setulis plumoso–clavatis 16 bene erectis et longiusculis, radiatim ornati. Setae plumatae plures sunt in dorso. Sculptura dorsi sat tenuis. Ad 360 μ. long.; 270 lat.

Habitat. Foeminam collectam vidi in « Florida (Lake City) ».

Zercon triangularis K. var. **granosus** n. var. Differt a typico propter scutum posticum dorsi granulis rotundis elevatis, sat crassis ornato. Ad 600 μ. long. (foem.).

Habitat. Foeminas tres mecum communicavit Cl. Trouessart, collectas ad « Ardiche » in Gallia, inter muscos montium 2000 metr. altorum.

Zercon triangularis K. var. **caudatus** n. var. Differt a typico praecipue setis duabus posticis medianis perlongis, (dimidiam fere corporis latitudinem aequantibus) exilius desinentibus. Ad 450 μ. long. (foem.).

Habitat frequens in muscis montium altiorum; ad ex.: « Tiarno » in agro Tridentino; « Vallombrosa » prope Florentiam; « Cansiglio » in agro Veneto; « Bergamo » etc.

Ceratozercon bicornis C. et F., var. **elongatus** n. var. Differt a typico corpore magis elongatiori, nec non setis magnis e tuberculo postremo orientibus simplicibus, robustis, haud barbatulis, apice acutis. Ad 340 μ. long.; 190 μ. lat. (foem.).

Habitat in muscis, in « Florida (Lake City) ».

Subgen. **Anoplocelaeno** n. subgen. (Subgenus gen. *Celaenopsis*). Abest scutum rectangulum ad ventrem post anale inter scuta ventris marginalia impar. Species typica *C. A. ovata* Berl.

Celaenopsis (Anoplocelaeno) nummulus n. sp. Badia, subcircularis, pilis mediocribus, robustis, aequedissitis in margine ornata. Mas corniculis labialibus polliciformibus, extrorsus directis. Epistoma in mucronem acutum desinens. Ad 780 μ. long.; 600 μ. lat.

Habitat super *Alphitobius* sp., « Giava ». (Jacobson!).

Celaenopsis (Anoplocelaeno) longiseta n. sp. Foem. badia, perfecte ovalis, setis marginalibus minimis, duabus tamen posticis longiusculis, duabusque in quoque margine postero–laterali corporis latitudinem superantibus. Epistoma in mucronem angulatum desinens. Ad 700 μ. long.; 540 μ. lat.

Habitat super *Ceroplesis fasciata*, « Africa ».

Celaenopsis (Anoplocelaeno) andreinii n. sp. Ochraceo–badia, bene ovalis, scuto postice setis quatuor magnis (externis maioribus). Maris corniculi labiales setuliformes, calcar mandibulae cultriformis e basi digiti processus. Ad 750 μ. long.; 500 μ. lat.

Habitat super *Hololepta plana,* « Grosseto ». Dedit mihi benignissime Cl. Doct. Andreini rei entomologicae benemeritissimus eique dicatam volui.

Euzercon hirtellus n. sp. (Mas) badius, sat longe ovatus, postice truncatus. Sternum anterius valde ante primas coxas productum, bene bilobum. Corpus totum pilis longis, aequedissitis ad margines et posterius ornatum. Corniculi labiales hyalini, attenuati, antrorsus directi. Ad 850 μ. long.; 550 μ. lat. Mas esse videtur speciei *E. ovulum* Berl. (« Giava »), sed multo elongatior est quam foemina speciei supradictae.

Heterozercon audax n. sp. Badius, postice longe bisetus, tibiis tarsisque anticis elongatissimis; Foem. palporum articulo primo inferne calcari spiniformi maximo armato. Ad 1700 μ. long.; 1450 μ. lat.

Mas curtior, vix minor, femure primi paris interne spinis longissimis perrobustis quatuor; palporum articulo primo inferne alte tuberculato; pedum secundi paris femure inferne calcari uno validiori, interne serrulato, duobusque aliis longe conicis perrobustis; genu breviter calcarato, tibia calcare robusto, conico. Mandibularum digiti elongatissimi; mobilis cylindricus, interne fimbria pectiniformi totus ornatus; fixus etiam longior, cylindricus, rectus, spiraliter convolutus. Ad 1200 μ. long.; 1000 μ. lat.

Habitat super *Scolopendram* quamdam et super *Spirostreptum* ad « Wijnkoosbaai; Giava ». Collegit Cl. Jacobson.

Subgen. **Greeniella** n. subgen. Ex genere *Iphiopsis.* Cum gen. *Greenia* in eadem familia (*Greenidae*). Peritrema nullum (scutumque peritrematicum nullum, tantum stigmaticum, trigonum). Foem. Mandibulae stylo longo ad summum digitum fixum. Scutum genitale minimum, vix lineolam minimam sistens sub

vulva nuda insitum valde a sterno et a scuto anale remotum. Mares ignoti. Species typica *I. G. submollis* n. sp.

Iphiopsis (Greeniella) submollis n. sp. Foem. testacea, cordiformis, postice acuta, glaberrima; scuto dorsuale vix plus quam dimidiam anticam partem abdominis obtegente. Pedes et rostrum ut in gen. *Celaenopsis*. Ad 800 μ. long.; 500 μ. lat.

Habitat supra *Scolopendra* sp., « Giava ».

Holostaspella hirsutissima n. sp. Saturate flavobadia, ovata, sat humerata, pilis crassis, longis incurvis, ad marginem posticum densioribus, in corpore ornata. Scutum dorsuale longitudinaliter sat alte tricarinatum. Pedes sat longi, asperrimi. Scuta ventralia non bene sculpta. Ad 1150 μ. long.; 700 μ. lat.

Habitat super *Copris bituberculatus* cum *Holocaelcno rotunda* « Texas » et super *Copris carolina*, « America boreale ».

Holostaspella caelata n. sp. Terrea. Foem. scuto dorsuali minus sculpto quam in *H. sculpta*, epigynio haud sculpto; sterno anterius crista chitinea x-formi perconspicua; scuto anale aeque longo ac lato. Mas (vere huius speciei ?) pentagonus, vix elongatus, postice truncatus, crinibus longis in corpore ornatus; scuto anale a sternale seiuncto; pedes secundi paris inermes; tertii tarso basi calcare bifido robusto; quarti paris trochantere inferne alte gibboso, bituberculato; femure inferne calcari pollicipato, magno, basi tuberculigero; tibia inferne tuberculigera; tarso contorto, basi, in medio et apice cornubus robustis armato. Foem. Ad 600 μ. long.; 400 μ. lat. Mas ad 550 μ. long.; 400 μ. lat.

Habitat inter pilos sterni *Copris hamadryas* F. ad « Capo di Buona Speranza ». Plura possideo exempla.

Holostaspella foai n. sp. Foem. terrea, rectangula, scutis ventralibus minus bene sculptis, dorsuale in medio excavato, carinisque duabus longitudinalibus e circinibus pluribus incompletis constitutis ornato, setisque simplicibus vel vix barbatulis, longiusculis, incurvis, praecipue in margine postico induto. Ad 650 μ. long.; 430 μ. lat.

Habitat super *Copris*, « Giava ». Coll. Cl. Jacobson !

Cl. dominulae Annae Foà rerum naturalium et praecipue entomologiae cultrici eximiae speciem pulchram dicatam volui.

Gen. **Holocelaeno** n. gen. Caracteres generis *Holostaspis* faciesque generis Celaenopsis, praecipue pedum fabrica. Mandibulae penicillo laterali permagno, late scopiformi. Mares foeminis suis multo minores.

Holocelaeno mitis n. sp. Foem. Non laete badia, ovalis, haud humerata. Scutum genitale tripartitum videtur propter partem mediam trapezinam a lateralibus costuliformibus spatio subhyalino seiunctam. Scutum anale parvulum, vix longius quam latum. Ad 650 μ. long.; 450 μ. lat.

Habitat. Super *Deltochilum gibbosum* Fabr., circa antennas, « Texas ».

Holocelaeno rotunda n. sp. Foem. badia, bene humerata, ovato–rotundata, scuto dorsuale angulatim ad ventrem extremum inflexo; scutis ventralibus omnino ut in *Holostaspis*; anale latiore quam longo (long. 200; lat. 250) magno. Ad 700 μ. long.; 550 μ. lat.

Mas parvulus, ovatus; scuto ventrale omnino ut in maribus gen. *Pachylaelaps*; calcari mandibularum simpliciter falcato, consuetae magnitudinis ut in *Holostaspis*. Ad 500 μ. long.; 300 μ. lat.

Habitat. Plura collegi exempla super *Copris bituberculatus*, « Texas » ad maxillas palposque sub capucio abscondita nec non super *Copris carolina*, « America boreale ».

Holocelaeno crispa n. sp. Foem. Testaceo–fuliginea, bursiformis, tota in dorso et ad margines setis longiusculis, incurvis, crispis dense ornata. Scutum anale trigonum, longius quam latum. Ad 680 μ. long.; 450 μ. lat.

Habitat super coleoptera varia, praecipue coprophila (*Copris* et gen. affinia), « Giava ». Coll. Jacobson !

Holocelaeno magna n. sp. Foem. saturate badia, late ovalis, postice rotundata, glabra. Sternum linea recta transversa signatum; scutum anale longius quam latum; anterius semicirculare, genitali sat appressum (long. 330; lat. 250). Ad 1000 μ. long.; 700 μ. lat.

Habitat super *Phanaeus perspicillatus,* « Equador ».

Holocelaeno longicoma n. sp. Mas terreus, sat cordato–ovatus, pilis longis et densioribus totus alte hirtus. Femur secundi paris inferne calcari conico auctum; calcar mandibularum falcatum, retrorsum reflexum. Ad 370 μ. long.; 230 μ. lat.

Habitat super *Copris carolina,* in « America boreale ».

Holocelaeno bursiformis n. sp. Foem. Laete badia, bursiformis subglabra; scuto anale hemidiscoidale, multo latiori quam longo. Ad 550 μ. long.; 370 μ. lat.

Mas terreus, cordiformis, humeratus, postice acutus, glaber; femure secundi paris calcare conico ornato. Ad 350 μ. long.; 200 μ. lat.

Habitat super *Copris carolina,* « America boreale ».

Holocelaeno trochantalis n. sp. Foem. Badia (saturate), trochanteribus omnibus (exceptis primi paris) fuscioribus, subfuligineis. Corpus ovale, haud humeratum. Scutum anale magnum, subdiscoidale. Ad 900 μ. long.; 610 μ. lat.

Habitat super *Copris ephialtes,* « Brasile ».

Holostaspis caligynius n. sp. (Foem.). Flavo–badius, elongatus, lateribus parallelis, postice rotundatus, pilis sat brevibus auctus. Scutum anale circiter aeque longum ac latum: genitale ornatum, sive lineis arcuatis lateralibus nec non margine antico serrulato–crenatis. Ad 720 μ. long.; 430 μ. lat.

Habitat. Plures foeminas collegi super *Copris* plurium specierum, « Giava ». (Jacobson !).

Holostaspis punctulatus n. sp. (Foem.) Terreo–flavidus, elongatus, humeratulus, postice acutus, curte pilosus; scuto anale

aeque longo ac lato; sterno punctulis aliquot minutis quasi perforato. Ad 550 μ. long.; 290 μ. lat.

Habitat super *Copris molossus* aliosque, « Giava ». Coll. C. Jacobson.

Holostaspis dispar n. sp. Mas a foemina sua (?) valde diversus praecipue statura et dermate minus chitineo, pellucido, incolore.

Mas rhombicus, curtus, postice acutus, pedibus secundi paris caeteris vix crassioribus, femure calcari pollicipato, robusto, genu tibiaque vix tuberculo minimo auctis; quarti paris femure inferne bimucronato–calcarato. Pellucidus, albicans. Ad 500 μ. long.; 330 μ. lat. Foem. terreo–badia, ovalis, asperata, pilis percurtis induta; scuto genitale a sternale discreto; scuto anale aliquanto longiore quam lato (long. 230, lat. 210). Ad 800 μ. long.; 500 μ. lat.

Habitat super *Copris* sp., « Giava ». Collegit Clarissimus Jacobson.

Holostaspis hamadryadis n. sp. Foem. Flavidus, sat longe ovatus, non humeratus, postice acutus. Pedes sat longi et robusti, quarti paris spinis curtis in tarso; secundi paris spinis ad apicem tarsi fere ut in *Pachylaelaps* robustis. Scuta ventralia haud sculpta. Pili simplices in dorso et ad margines, curtuli. Scutum anale bene longius quam latum, sive: 290 long.; 230 lat. Foem. ad 880 μ. long.; 520 μ. lat.

Habitat super *Copris hamadryas* (« Capo di Buona Speranza »); pluras foeminas collegi in ore, inter maxillas absconditas.

Holostaspis longipes n. sp. (Foem.). Terreo–flavidus, grandis, ovalis, setis in corpore crassis, plumosis, precipue in dorso et in pedibus (pedum quarti paris praecipue ad tarsum longis, hirtis) ut in *H. tardo*. Pedes longiores et robusti. Epistoma ramusculis lateralibus bifidis longioribus, fere medium longitudine aequantibus. Scuta ventralia reticulato–sculpta; anale

aliquanto longius quam latum (long. 330; lat. 280), lateribus excavato–impressis. Ad 1150 μ. long.; 650 μ. lat.

Habitat super *Copris isidis,* « Egitto ».

Holostaspis isidis n. sp. Flavo–badius. Foem. bene humerata, cordiformis, post humeros attenuata, postice subacuta. Pedes minus longi (quamvis robusti) minusque spinosi quam in *H. longipede* cum quo est collectus. Pili dorsi et marginales simplices. exiles, curtiores. Spinae ad apicem secundi paris robustiores. Scutum anale fere aeque longum ac latum, sive: 290 long.; 250 lat. Scuta omnia dorsi ventrisque laevia. Ad 830 μ. long.; 520 μ. lat.

Habitat super *Copris isidis,* « Egitto ».

Holostaspis adulescens n. sp. Foem. terrea, elongate cordiformis, sat humerata, subglabra; scuto anale vix longiore quam lato. Ad 450 μ. long.; 280 μ. lat.

Habitat super *Copris hypocrita,* « Pernambuco ».

Gamasus (Gamasus) policentrus n. sp. Terreo–badiusculus, facies *G. furcati.* Epistoma trispinum, spina media vix caeteris maiore. Mas chelae digito fixo gibboso, apice acuto–truncato; corniculi labiales articulo extremo simpliciter conico; palporum articulo secundo inferne corniculo uno, pilifero. Pedes secundi paris fere ut in *G. runcigero,* sed processu conico, erecto ad basim internam calcaris femuralis perconspicuo, aliisque duobus minoribus in axilla ad basim tuberculi axillaris. Ad 780 μ. long.; 500 μ. lat. *Foem.* bursiformis, epigynio lato, fere ut in *G. furcato,* sed endogynio processubus duobus chitineis, polliciformibus, magnis, a parte antica retrorsus pendulis, perconspicuis aucto. Ad 800 μ. long.; 550 μ. lat.

Habitat in musco agri panormitani.

Gamasolaelaps arcuatus n. sp. Nympha coleoptr. Pallide flava, cordata, humerata, setis curtis ornata. Scuta dorsualia marginibus integris; posticum posterius rotundatum, denique truncatum. Epistoma spina media longissima, apice inferne recurva,

lateralibus parvis, acutissimis; chelae exiliores. Ad 550 μ. long.; 300 μ. lat.

Habitat in ligno putri, « Batavia, Giava ». (Jacobson!).

Gamasiphis elegantellus n. sp. Foem. Badia, hemisphaerica (fere aeque longa ac lata), in dimidio antico dorso setis longis, robustis saltem utrinque sex ornata: postice setis crassiusculis, longis duabus (utrinque una). Ad 550 μ. long.; 450 μ. lat.

Habitat in humo (« Buitenzorg, Giava »). Collegit Clariss. Jacobson.

Epicroseius seioides n. sp. Flavidus, facies *E. angelioidis* sed corniculis posticis setisque curtioribus, pedibusque anticis minoribus. Ad 600 μ. long.; 390 μ. lat. (foem.).

Habitat super *Batocera hector* aliisque huius generis speciebus ad « Batavia (Giava) ». Collegit Cl. Jacobson.

Ameroseius bispinosus n. sp. (Foem.). Badius, sat bursiformis, elongatus, dorso scutoque anali (late semicirculari) reticulatis; setis curtis ad margines, duabus tamen posticis, una in quoque latere, magnis, robustis, spiniformibus. Scutum genitale rectangulum, postice truncatum. Adsunt scutula sex minima, ovalia, post scutum genitale (in lineis duabus) transverse disposita. Metapodia sat magna, trigono–ovalia. Ad 680 μ. long.; 480 μ. lat.

Habitat in foliis putribus, « Palermo ».

Ameroseius jacobsoni n. sp. Terreo–flavus; facies *A. muricati*, sed pedibus multo longioribus. Tarsi omnes (praecipue primi et secundi paris) elongatissimi. Pedes antici et postici corpore multo longiores. Setae corporis subspiniformes, sat curtulae. Scutum anale perfecte rhombicum, latius quam longum. Ad 580 μ. long.; 330 μ. lat.

Habitat. Plura exempla vidi collecta a Cl. Jacobson (cui species dicata) super dipterum quoddam ex fam. Tipulidae, « Batavia, Giava ».

Ameroseius geometricus n. sp. (Foem.) Testaceus, ovatus, dorso lineis chitineis crassis in areolis sat magnis, poligonalibus (secundum lineam longitud. mediam minoribus) toto reticulato, fere ut in *A. hirsuto*. Pili corporis curti, spatuliformes, cristis longitudinalibus serrulatis. Ad 400 μ. long., 260 μ. lat.

Habitat super *Tyckia Walliki* (Giava) et super *Diastocera trifasciata*, « Africa ».

Ameroseius flagellatus n. sp. (Foem.). Testaceus, ovatus, lateribus parallelis, postice bene rotundatus. Derma dorsi areolatum. Pili dorsi duo verticis, duo humerales, duo scapulares, quatuor ad quartos pedes laterales duoque postici, corporis latitudinem multo superantes. Adsunt pili minores praecipue ad margines scuti dorsualis. Pedes mediocres, omnes crassitie pares. Scutum anale mediocre, ovato-rhombicum. Ad 340 μ. long.; 220 μ. lat.

Habitat super *Batocera* sp., « India orient. ».

Ameroseius favosus n. sp. Foem. terrea, elongate ovalis, margine scuti dorsualis postice undulato-scabrato. Scutum dorsuale, praecipue in medio, perconspicue reticulatum, quasi favosum, pilis curtis simplicibus auctum. Pedes curti, corpore multo breviores. Ad 420 μ. long.; 220 μ. lat.

Habitat in glandulis trunci *Acaciae* sp., « Tasmania ». Coll. Cl. Froggatt.

Gen. **Asternoseius** n. gen. Facies gen. *Ameroseius*, sed scuta ventralia foem. valde diversa. Sternum abest; sub iugularia derma nudum; sterni tantum fragmenta sunt parvula ante foramen genitale, quod a ventrale est seiunctum. Pedes antici ambulacro destituti. Species typica *A. ciliatus* n. sp.

Asternoseius ciliatus n. sp. Badius, pyriformis, perconvexus, nitidus. Tarsi antici subclavati, apice setis duabus longissimis nec non mucrone quodam hyalino. Epigynium perfecte trigonum, anterius peracutum. Scutum ventrale (cum anale) ma-

gnum, subsemicirculare. Epistoma trigonum. Mas ignotus. Ad 530 μ. long.; 350 μ. lat.

Habitat in muscis ad « Casale Monferrato ».

Gen. **Paradoxiphis** n. gen. Foem. scutis ventralibus fere ut in *Megalolaelaps;* pedibus secundi paris caeteris multo exilioribus; primi paris validioribus. (Mas ut in gen. *Megalolaelaps?*). Ambulacra magna, tantum membrana constituta, unguiculis nullis. Species typica *P. tenuibrachiatus* n. sp.

Paradoxiphis tenuibrachiatus n. sp. Foem. ochracea, bursiformis, haud humerata, postice acuta, ventre (post scuta sternalia) dense pilis sat longis obsito. Scutum anale perlonge rectangulum. Pedes secundi paris caeteris multo exiliores, apice crassiusculi; primi paris caeteris crassiores et longiores. Ad 1600 μ. long.; 1150 μ. lat.

Habitat super Coleopterum (gen.? sp.?) in « Australia (Lolworth) ». Coll. Cl. Froggatt.

Mas? Scuto anale lato, trigono; sternale usque ad quartas coxas tantum producto; pedibus secundi paris caeteris validioribus, femure calcare robusto, pollicipato, genu calcari brevi et lato, tridenticulato; tibia calcare conico. Mandibularum calcare substyliformi, recto, sat brevi, transverso. Ad 1500 μ. long.; 1050 μ. lat.

Habitat super Coleopt. Lamellicornem in « Australia (Coonabarabran) ». Coll. Cl. Froggatt.

Gen. **Pachyseius** n. gen. Characteres generis *Pachylaelaps* sed scuta foeminae ventralia ut in gen. *Holostaspis.* Pedes antici ambulacro aucti; secundi paris tarso apice bicorni. Species typica *P. humeralis* n. sp.

Pachyseius humeralis n. sp. Foem. ochracea, ovalis, Pachylaelaptibus facie persimilis. Scutum genitale rectangulum, anterius vix rotundatum et fimbriatum, postice truncatum, ventrali contiguum. Scutum ventrale cordato–ovatum, anterius trun-

catum, postice rotundatum. Tarsi secundi paris apice robuste bicornes. Ad 660 μ. long.; 380 μ. lat.

Habitat in muscis, raro. « Roma; Mugello ».

Subgen. **Olopachys** n. subgen. Ex gen. *Pachylaelaps*. Facies scutulorum ventralium in foemina gen. *Pachylaelaps* sed scuto ventrale cum anale omnino confuso. Pedes secundi paris tarso apice calcaribus ut in supradicto genere. Pedes antici ambulacrati. Color ut in Pachylaelaptibus. Differt a subgenere *Platylaelaps* (Berl.) propter scuta perithrematica ut in *Pachylaelaps* (s. str.) usque ad scutum ventrale producta.

Pachylaelaps (Olopachys) scutatus n. sp. Foem. ochracea, ovalis, pilis simplicibus praecipue in corpore postico ornata. Pedum secundi paris femur inferne angulatim prominulo. Ad 720 μ. long.; 450 μ. lat. (Mas ignotus).

Habitat in muscis prope Romam, rarus.

Pachylaelaps cordiformis n. sp. Foem. flavida, anterius subtruncata (excepto mucrone ad verticem), humeris bene angulosis, denique attenuata, cordiformis, postice acuta. Setulae corporis sat longae, praecipue ad marginem posticum. Scutum ventrale trapezinum, postice rotundatum. Pedes exiles. Ad 1050 μ. long.; 750 μ. lat.

Habitat super *Copris isidis*, « Egitto ».

Pachylaelaps cordiformis Berl. var. **australis** n. var. Foem. Differt a typico statura aliquanto maiore nec non pilis corporis multo curtioribus. Ad 1150 μ. long.; 800 μ. lat.

Habitat super *Copris hamadryas*, « Capo di Buona Speranza ».

Pachylaelaps runculiger n. sp. Mas citrinus, elongatus, postice acutus. Mandibularum calcar curtum (longitudine digiti), in summo fere digito articulatum, anterius directum, latum, subrunciforme, apice leniter subbilobum. Calcar femurale (2^{i} paris) runcatum, apice oblique truncatum. Ad 430 μ. long.; 250 μ. lat.

Habitat rarus super *Copris molossus*, « Giava » (Jacobson!).

Pachylaelaps runculiger Berl., var. **falculiger** n. var. Differt a typico praecipue calcare pedum secundi paris permagno, polliciformi, interne serrulato, dimidiam longitudinem femuris superanti (in typico tantum spiniformis, brevis), nec non calcare mandibulari simpliciter runciformi, apice acuto, haud sub apice excavato. Mas ad 500 μ. long.; 280 μ. lat.

Habitat. Plurima exempla collegi inter pilos prosterni (post coxas) super *Copris hamadryas*, ad « Capo di Buona Speranza ».

Pachylaelaps (Onchodellus) spectabilis n. sp. Aurantiacus, facies Pachylaelaptis, sed curtior pedibusque longioribus. Scuta omnia valde expolita. Corpus foeminae ovale. Scutum anale late trigonum, a ventrale remotum. Tarsus secundi paris apice calcari unico, valido armatus. Mas cordatus, postice acutus, valde humeratus; secundi paris femure longe pollicipato; genu tubere curto, bituberculato; tibia tuberculo breviter conico. Foem. ad 1150 μ. long.; 850 μ. lat.

Habitat super *Copris* sp., « Giava ». Collegit Cl. Jacobson.

Subgen. **Elaphrolaelaps** n. subgen. (Subgenus gen. *Pachylaelaps*, inter *Sphaerolaelaps* et *Onchodellus*). Scuta ventralia et epistoma satis ut in gen. *Pachylaelaps*, sed pedes valde longiores, crassitie subpares; secundi paris apice calcare nullo. Foem. scuto genitale (cum ventrale confuso) valde ab anale remoto. Corpus ovatum, haud humeratum. Species typica *E. fenestratus* n. sp.

Pachylaelaps (Elaphrolaelaps) fenestratus n. sp. Foem. Scuta, pedes et rostrum flavo-fuliginea. Scutum dorsuale ad humeros utrinque incisura albida profunda quasi fenestra lineari, transversa incisum. Pili corporis mediocres. Scutum genito-ventrale late trapezinum, anterius rotundatum, posterius cum scutis lateralibus lineam rotundatam conficiens. Scutum anale valde remotum, parvum, trigonum, longius quam latum. Facies nymphae coleoptratae *Gamasi coleoptratorum*. Ad 1500 μ. long.; 1000 μ. lat.

Habitat supra *Copris* sp., « Giava »; Coll. Jacobson.

Megalolaelaps enceladus n. sp. Foem. badia, postice acuta, hirsutissima, pilis densis, longis, praecipue ad corpus posticum induta; trochanteribus tertiis et quartis in margine (femurali) valide corniculatis; metapodis minimis, sublinearibus; tarsis omnibus, exceptis primi paris, appendicibus duabus longe lanceolatis, brunneis ornatis. Ad 2400 μ. long.; 1600 μ. lat.

Habitat super *Copris carolina,* « America, boreale ».

Megalolaelaps spinirostris n. sp. Foem. scutis, rostro pedibusque castaneo–fuligineis. Corpus rectangulo–ovale, postice rotundatum, sat latum, humeratum, totum pilis densis mediocribus vestitum. Pedes crassitie intersese pares. Sternum valde latum et curtum. Scutum genitale valde latum, peculiaris fabricae. Adsunt spinae robustiores quatuor, quasi corniculi in medio rostro infero. Ad 1250 μ. long.; 900 μ. lat.

Habitat super *Copris* sp., « Giava ». Coll. Jacobson.

Megalolaelaps radiatus n. sp. Foem. scutis, rostro pedibusque castaneo–fuligineis. Corpus elongato–ovale, postice strictius quam ad humera, totum pilis sat densis longioribus (dimidiam latitudinem corporis aequantibus vel superantibus) etiam in scuto dorsuale praesentibus, ad margines radiatim dispositis ornatum. Pedes crassiusculi. Sternum longius quam latum, strictum. Scutum genitale perparvulum, valde strictum. Ad 1100 μ. long.; 600 μ. lat.

Habitat super *Copris* sp., « Giava ». Coll. Jacobson.

Megalolaelaps orientalis n. sp. Foem. scutis, rostro, pedibusque castaneo–fuligineis. Corpus ovatum, postice vix latius quam ad humeros. Margo corporis et venter subglabri, humeri tamen setis aliquot longis et robustis. Sternum trapezinum, usque ad medias secundas coxas productum. Scutum genitale minimum, strictum. Scutum anale perlongum (long. 500, lat. 350), fere duplo longius quam latum, spatio minimo a genitale remotum. Ad 1500 μ. long.; 1100 μ. lat.

Habitat super *Copris* sp., « Giava » Coll. Jacobson.

Subgen. **Hoplolaelaps** n. subgen. Ex gen. *Laelaps*. Foem. characteres subgeneris *Eulaelaps*, sed scutum metapodicum cum peritrematico omnino confusum, magnum. Species typica: *L. H. doderoi* n. sp.

Laelaps (Hoplolaelaps) doderoi n. sp. Badius, pyriformis, convexus, nitidus, postice setis longiusculis duabus. Tarsi antici setis aliquot longissimis praediti, nec non ambulacro longe pedunculato. Epistoma trispinum. Ad 470 μ. long.; 320 μ. lat.

Habitat in humo prope « Genova ». Coll. Clariss. Dodero entomologus praeclarus et benemeritissimus, cui speciem volui dicatam.

Laelaps (Hoplolaelaps) paulseni n. sp. Foem. Badius, *L. doderoi* affinis sed elongatior, dorso setis robustis aucto, postice aliquanto maioribus et robustioribus (quatuor); pedum anticorum ambulacro subsessili. Ad 590 μ. long.; 330 μ. lat.

Habitat. Plura collegi exempla in muscis agri Panormitani. Speciem Cl. Paulsen rei agrariae et praecipuae ampelographicae eximio cultori dicatam volui.

Laelaps (Hypoaspis) gryllotalpae n. sp. Terreus, elongate-ovalis, setis curtulis, vestitus, pedibus longissimis, gracilibus (primi quartique paris corporis longitudinem valde superantibus). Epistoma denticulis altis totum ornatum. Foem. scutum ventrale (cum genitale confusum) parum post quartas coxas productum, rotundatum. Mas calcare mandibulari recto, tamen introrsus aliquanto incurvo, anterius porrecto, longo, margine externo biangulato, apice rotundato. Ad 850 μ. long.; 450 μ. lat. (Foem.).

Habitat communis super *Gryllotalpa vulgaris*, « Giava ». Coll. Cl. Jacobson.

Laelaps (Hypoaspis) dasygaster n. sp. (Foem.). Flavus, ovatus, postice acutus. Scutum dorsuale subglabrum, tantum pilis minutissimis, raris ornatum. Abdominis pars mollis, praecipue ad ventrem circa scutum anale pilis sat longis, densis induta.

Scutum ventrale (cum genitale) ovatum, valde ultra quartas coxas productum, postice rotundatum, lateralibus parallelis. Pedes longi, crassi, spinosi, ambulacris maioribus. Ad 900 μ. long.; 530 μ. lat.

Habitat super *Diastocera trifasciata,* « Africa ».

Laelaps (subgen. ?) **remiger** n. sp. Mas pallide terreus, sterno appendicibus quatuor late remiformibus, sat magnis ornato; digito mobili mandibulae calcare falciforme, digito eiusdem duplo longiore. Ad 650 μ. long.; 340 μ. lat.

Habitat in ligno putri, « Giava ». Coll. Cl. Jacobson.

Laelaps (subgen. ?) **parvulus** n. sp. Mas terreus, rectangulus, bene humeratus; scuto sternali ad quartas coxas tantum producto. Minimus. Ad 330 μ. long.; 180 μ. lat.

Habitat in ligno putri, « Batavia, Giava ». Coll. Cl. Jacobson.

Laelaps (subgen. ?) **ampullula**. Foem. terrea, mollis, bursiformis, vix postice curtissime bipila. Scutum anale parvulum, late semicirculare–trigonum, valde a genitale discretum. Hypostoma corniculis nullis. Ad 750 μ. long.; 550 μ. lat.

Habitat in nidis et super *Apis indica,* « Batavia (Giava) ». Coll. Cl. Jacobson.

Laelaps (subgen.?) **scutatus** n. sp., Foem. terrea, scutis ventralibus omnibus ut in gen. *Holostaspis* dispositis, bene sculptis. Pedes crassiusculi; corpus ovatum, spinulis vel setis brevissimis ad margines et postice auctum. Ad 450 μ. long.; 340 μ. lat.

Habitat in ligno putri, « Batavia (Giava) ». Coll. Jacobson.

Berlesia cultrigera n. sp. Terrea, ovata, setis sat longis hirtella, pedibus crassis. Foem. mandibulis parvulis, digito mobili parvo, denticulato. Scutum genito–ventrale longe rectangulum. Hypostoma tuberculis nullis. Ad 500 μ. long.; 300 μ. lat. Mas pedibus curtioribus et robustioribus, mandibulae calcare brevi, digito duplo longiore, vix incurvo, apice pedis humani more conformato. Ad 370 μ. long.; 230 μ. lat.

Habitat cum pullis et ovis, parasita verus, ad alas posteriores cuiusdam locustae ex fam. *Conocephalidae*. Coll. Cl. Jacobson in « Batavia (Giava) ».

Differt a *B. rapace* Australiae statura minore, tuberculis hypostomatis nullis, scuto genito-ventrale valde elongatiori aliisque characteribus.

Subgen. **Haemolaelaps** n. subgen. Characteres subgen. *Laelaps* (s. str.) sed scuto ventrale ab anale remoto; mandibularum digito fixo seta perlonga, filiformi aucto. Spec. typica *L. H. marsupialis* n. sp.

Laelaps (Haemolaelaps) marsupialis n. sp. (Foem.). Pallidus, longe ovalis, totus dense setis sat longis vestitus, scuto ventrale (cum genitale confuso) rotundato, ab anale discreto, sat conspicuo. Mandibularum digitus fixus mollis, mobili curtior et sub apicem longa setula filiformi terminatus. Ad 800 μ. long.; 470 μ. lat.

Habitat super « Bandicoot » (Marsupialis ex fam; *Peramelidae*, gen. ? spec. ?) « Australia ». Coll. Cl. Froggatt.

Leiognathus spinosus n. sp. Mas terreus, facies *L. albati*, sed setis corporis multo robustioribus, spiniformibus. Ad 520 μ. long.; 300 μ. lat.

Habitat super *Pteropus edulis*, « Batavia (Giava) ». Coll. Cl. Jacobson.

Gen. **Copriphis** n. gen. Species typica: *C. pterophilus* Berl. (*Iphis pterophilus* Berl.).

Copriphis modestus n. sp. Rubro-badius, subrotundus, setulis spiniformibus marginalibus curtulis; epistoma ut in *C. pterophilo*. Ad 400 μ. long.; 280 μ. lat.

Habitat super *Copris*, « Giava » Coll. Cl. Jacobson.

Copriphis cultratellus n. sp. Rubro-badius, facies omnino *C. drepanogasteri*, sed foem. sterno appendicibus cultriformibus octo, nec non una conformi in quaque coxa, excepta postrema. Ad

640 μ. long.; 500 μ. lat. Mas subsimilis, sed appendicula ad secundas coxas nulla.

Habitat. Plura collegi exempla super *Copris* varios, « Giava » (Jacobson !), nec non super *Copris isidis,* « Egitto ».

Copriphis hastatellus n. sp. Rubro-badius, ovatus; facie *C. modesti,* sed aliquanto maior, setis spiniformibus circundatus. Foem. appendiculis cultriformibus in sterno duabus, quaque ad coxas tertii paris nec non in coxis iisdem secundi et quarti paris. Ad 450 μ. long.; 380 μ. lat.

Habitat ad pilos pectoris super *Copris hamadryas,* « Capo di Buona Speranza ». Plura possideo exempla.

Copriphis aster n. sp. Foem. rufo-badia, sat elongate ovalis, setis marginalibus longiusculis, mollibus; sternalibus omnibus simplicibus. Ad 750 μ. long.; 550 μ. lat.

Habitat super *Copris hypocrita,* « Pernambuco ».

Copriphis puer n. sp. Foem. Pallide terrea; facies *C. repandi*, cuius speciei valde affinis. Differt tamen a *C. repando* praecipue scutulorum ventralium fabrica, quod in *C. puero* scutula ad latera vulvae minima sint, punctiformia (in *C. repando* longa linearia); scuta peritrematica non pedes quarti paris attingunt (in *C. repando* ultra quartos pedes sunt, retrorsus producta); scutulaque metapodica evanida. Ad 450 μ. long.; 320 μ. lat.

Habitat super *Copris hispanus,* « Spagna ».

Copriphis repandus n. sp. Sat pallide rubro-badius, elongatulus, lateribus subparallelis, postice rotundatus; setis spiniformibus curtioribus indutus. Mas calcare mandibulari breviore, exiliori, in spirulam convoluto. Foem. ad 450 μ. long.; 270 μ. lat.

Habitat innumerus cum pullis etc. ad ventrem *Copridis molossi* et aliorum, « Giava ». (Jacobson !).

Copriphis degenerans n. sp. Foem. terrea, ovalis, postice acutula, glabra, scuto peritrematico striato, vix quartas coxas

attingente. Pili ventris omnes simplices. Ad 750 μ. long.; 500 μ. lat.

Habitat ad humeros *Catarsii sabaei*, « India Orientale ».

Greenia jacobsoni n. sp. Foem. flavo–badia. Scutum dorsuale integrum, valde elongatum, parce pilosum. Abdomen pilis aliquot sat longis in margine tantum extremo. Coxae omnes spinis mediocriter robustis ornatae. Sternum late clepsidraeforme, margine postico integro. Ad 1750 μ. long.; 900 μ. lat.

Habitat super *Xylocopa aestuans*, « Giava ». Coll. Cl. Jacobson. Differt a *G. alfkeni* Oud. (quae adulta mihi videtur), statura, scuti dorsualis fabrica aliisque characteribus.

Greenia hirtissima n. sp. Foem. flavo–badia, *G. jacobsoni* primo visu similis, sed pilis longis densioribus in dorso et ad margines ornata. Coxae primi, secundi tertiique paris appendicibus percrasse spiniformibus, ovatis, armatae. Ad 1850 μ. long.; 950 μ. lat.

Habitat super *Xylocopa (aestuans?)*, « Giava ».

Pteroptus heteropus n. sp. Pedibus anticis valde caeteris crassioribus (fere duplo). Mas (cum pedibus) ad 1500 μ. long.; Foem. ad 2000 μ. long.

Habitat super *Pteropus edulis*, « Batavia (Giava) ». Colleg. Cl. Jacobson.

CRYPTOSTIGMATA

(Oribatidae).

Achipteria nicoleti Berl. var. **ewingi** n. var. Differt a typico Europae praecipue alis tecti apice denticulo externo extrorsus recurvo et producto; pteromorphis processu antico longiori. Ad 530 μ. long.; 350 μ. lat.

Habitat in muscis, « Florida » (« Lake City »).

Oribatella misella n. sp. Castanea, nuda. Alis tecti perparvulis, intersese contiguis, dentibus anticis curtis. Organa pseudo-

stigmatica sat longe et bene clavata. Uncus pedum unicus. Degenerat. Ad 280 μ. long.; 200 μ. lat.

Habitat in humo, « Giava ». (Jacobson !).

Sphaerozetes (Tectoribates) proximus n. sp. Saturate castaneus. Facies *S. howardi* et *S. tecti*, sed statura aliisque characteribus diversus. Ad 350 μ. long.; 240 μ. lat.

Habitat in muscis ad « Genova, Casalmonferrato, Maccarese (Roma) ».

Sphaerozetes strandi n. sp. Badius, pyriformis, setis crassiusculis, longiusculis hirtus. Tecti lamellae tantum usque in medio antico productae, lata translamella intersese coniunctae, apice acutae, caeterum ut in *S. setoso* conformatae. Organa pseudostigmatica clavata. Genu et tibia primi et secundi paris seta robusta, spiniformi aucta. Ad 700 μ. long.; 400 μ. lat.

Habitat rarus in « Groenlandia ». Coll. Cl. Strand.

Sphaerozetes pedemontanus n. sp. Castaneus. Facies speciei *Euzetes depauperatus*, sed multo maior, subsphaericus; alis tecti apice parum prominulis, acutis, lata translamella coniunctis; organis pseudostigmaticis curte claviformibus. Glaber. Ad 580 μ. long.; 460 μ. lat.

Habitat in humo ad « Torino ».

Euzetes egenus n. sp. Testaceo–badius. Facies *E. depauperati* quamvis aliquanto longior, non tamen ut *E. pusillus* Europae, pteromorphisque maioribus, sive posterius magis productis. Organa pseudostigmatica sat longe clavata (fere ut in *E. pusillo*). Ad 260 μ. long.; 200 μ. lat.

Habitat in muscis, « Florida » (« Lake City »).

Ceratozetes magnificus n. sp. Castaneo–fuscus, antice rubescens; tecti alis in cornua perlonga (dimidiam alam eamdem longitudine aequantia) productis; setis pseudostigmaticis sensim incrassatis, conicis, longiusculis, nudis; unco pedum unico. Ad 500 μ. long.; 380 μ. lat.

Habitat inter folia putria, « Palermo ».

Punctoribates insignis n. sp. Castaneo-niger, grandis; alis tecti acutioribus; setis pseudostigmaticis longe clavatis; pedum secundi paris tarso ad dorsum valido calcari ornato. Ad 430 μ. long.; 360 μ. lat.

Habitat inter folia putria, « Palermo ».

Peloribates histricinus n. sp. Castaneus, affinis *P. banksi*, sed minor, organis pseudostigmaticis curtioribus et melius clavatis. Derma undique areolis minimis, rotundis asperatum. Pili dorsi omnes longi, nigrescentes, asperuli. Ad 400–440 μ. long.; 310–330 μ. lat.

Habitat in « Florida ».

Protoribates (Scheloribates) crinitus n. sp. Badius, elongatissimus, postice setis longissimis octo, exilioribus ornatus. Organa pseudostigmatica curte clavata, subpyriformia. Ad 400–600 μ. long.; 160–270 μ. lat.

Habitat in « Florida ».

Oribella cornuta n. sp. Laete badia, nitidissima, glabra (tamen postice longe bipila); abdomine cordiformi, postice acuto; setis pseudostigmaticis longe fusiformibus; alis tecti anterius in cornicula bene longa, piligera desinentes. Ad 570 μ. long.; 330 μ. lat.

Habitat inter folia putria, « Palermo ».

Tectocepheus personatus n. sp. Castaneus, totus velo hyalino, granulis rotundis nigris occupato indutus. Abdomen subdiscoidalis, in medio dorso excavato-depressus, pilis minutissimis, raris ad marginem posticum. Anticum magnum, conicum, lamellis perlongis et altis, longe rectangulis, striatis, subhyalinis, apice curtissimo pilo terminatis. Organa pseudostigmatica curte clavata, villosa. Ad 420 μ. long.; 230 μ. lat.

Habitat in muscis agri Tridentini.

Scutovertex perforatus n. sp. Castaneo-piceus totus, macula rotunda in summo abdomine ad dorsum, rotunda, pallide flava

quasi foramen. Derma dorsi aeque punctulatum. Anticum cum abdomine fere confusum (facies *Ameronothri*). Organa pseudostigmatica setuliformia. Ad 390 μ. long.; 210 μ. lat.

Habitat in humo prope Neapolim (« Portici »).

Hydrozetes terrestris n. sp. Castaneus, ovalis, sat elongatus, postice subtruncatulus, pilis ibi brevibus duobus auctus. Anticum lineis concurrentibus bene conspicuis, carinuliformibus; organa pseudostigmatica sat longa, clavata; pedes magni et crassiusculi. Ad 550 μ. long.; 300 μ. lat.

Habitat communis inter folia putria, « Palermo ».

Neoliodes capensis n. sp. Nigerrimus, globularis, pedibus crassis et longis. Abdomen hemisphaericus, plus minusve gibbere mediano elevatus, in medio areolis sat discretis, rotundis, parvulis, ad latera striis radiatim transversis, antice foveolis minimis appressis exharatus. Organa pseudostigmatica curte fusiformia. Usque ad 1800 μ. long.; 1250 μ. lat.

Habitat super plantas ad « Capo di Buona Speranza ».

Nothrus superbus n. sp. Castaneo–fulgineus. Facies *N. spinigeri*, sed maior, elongatior, pilis abdominis, quamvis longissimis, tamen non bene circinatis. Abdomen in dorso vix excavatus, glaber, tantum antice pilis duobus anterius directis, non tuberculo sustentis. Ad 1400 μ. long.; 600 μ. lat.

Habitat in humo, « Palermo ».

Sphaerochthonius elegans n. sp. Testaceo–fuligineus, rotundato–rectangulus, aliquanto elongatior quam *S. splendidus*, a quo valde diversus. Abdomen in dorso transverse triseptatus, appendicibus peculiaribus late T–formibus, brevissime pedunculatis, granosis, ad incisuras 2^{am} et 3^{am} nec non in extremo postico articulo ornatus. Segmentum 1um abdominis (in dorso) pilis 4 longiusculis granosis. Organa pseudostigmatica fere ut in *S. splendido*. Ad 260 μ. long.; 190 μ. lat.

Habitat in humo, « Giava » Coll. Cl. Jacobson.

Gen. **Arthrhoplophora** n. gen. Genus gen. *Protoplophora* adpropinquandum quod *Hoplophora* sit abdomine ut in *Hypochthoniis* articulato. Abdominis segmentum primum ad dorsum in clypeum maximum elongatum, totum caeterum abdominem protegens, dilatatum. Ungues pedum bini (magnitudine paradoxi). Species typica *A. paradoxa* n. sp.

Arthrhoplophora paradoxa n. sp. Badia, in sphaerulam contractilis. Anticum sat magnum, rectangulum, antice angulatum. Abdominis articulus secundus et tertius ad dorsum margine postico pilis densissimis, plumosulis, perlongis, fimbriam pulcherrimam conficientibus ornatus. Pili isti extremum abdomen superant, in ventrem deflectuntur et scuto abdominale primo (dorsi) sunt obtecti. Pedes mediocres; ungues longissimi, falcati, fere totius pedis longitudinem aequantes. Organa pseudostigmatica longe setuliformia, vix barbatula. Ad 450 μ. long.; (aperta) 300 μ. lat.

Habitat in humo « Giava ». Coll. Cl. Jacobson.

(*Sarcoptidae*).

Carpoglyphus vagabundus n. sp. Minus elongatus quam *C. passularum,* rectangulus, postice tantum bisetus (setis longis), dermate punctulato, duriusculo. Mas pedibus aliquanto robustioribus quam in foem.; pene inter quartos pedes bene chitineo. Vulva inter quartas et tertias coxas aperta. Foem. ad 500 μ. long.; 270 μ. lat.; mas ad 400 μ. long.; 240 μ. lat.

Hypopus rhombicus, postice acutus, breviter bisetus ibique membranula subhyalina late triloba alte ornatus; disculis adhaesionis octo magnis duobusque minimis; pedum ambulacro ut in adulto, ad extremi paris tantum ungue inter setas longiores duas. Pars antica corporis ut in hypopis *Trichotarsi xylocopae.* Ad 360 μ. long.; 220 μ. lat.

Habitat. Inveni paucos adultos multosque hypopos in nido *Polistis gallicae* ad « Rosignano (Pisa) », certe ibi casu praesentes.

Tyroglyphus pergrandis n. sp. (Foem.). Albidus, pedibus roseis, statura maxima, setis sat longis ornato. Ad 1500 μ. long.; 1000 μ. lat.

Habitat « Giava ». Coll. Cl. Jacobson.

Tyroglyphus (?) **incertus**. Nympha albido–hyalina; ungue pedum e membranula ambulacrali prominulo sat magno, ad basim unguis in quoque pede utrinque seta transverse erecta et denique antrorsus plicata adest. Setae duae humerales, duae scapulares, duaeque posticae fere corpus longitudine aequantes, exiles adsunt; duae ad verticem minores. Ad 500 μ. long.; 280 μ. lat.

Habitat. Plurima exempla collegi sub alis *Copridis* cuiusdam, « Giava » (Jacobson!).

Gen. **Coleoglyphus** n. gen. Characteres simul generis *Coleopterophagus* et *Tyroglyphus*. Species typica *C. fuscipes* n. sp.

Coleoglyphus fuscipes n. sp. (Foem.). Albicans, pedibus, rostro, epimeris, scuto trapezino ad verticem nec non circinibus ad basim pilorum disculisque genitalibus fuscis, fuligineis. Epimera antica intersese discreta. Margo corporis posticus rotundatus, mucrone conico permagno (300 μ. long.). Setae in postico abdomine octo, duae scapulares, duaeque humerales maximae (posticae quatuor corporis longit. aequantes). Ad 1500 μ. long. (sine rostro et mucrone); 900 μ. lat.

Habitat. Collegi super *Tefflus megerlei*, « Africa ».

Nympha disculis genitalibus tantum duobus. Tarsi postici dimidiam pedum longitudinem aequantes. Dorsum setis octo anticis, sexque posticis longissimis, ex istis quatuor corpore longiores, perrobustis. Ad 850 μ. long.; 500 μ. lat.

Habitat. Unam nympham inveni super *Copris hamadryas*, inter pilos pectoris ad « Capo di Buona Speranza », larvasque nonnullas sub alis. An species diversa, nomine *C. longitarsus* distinguenda?

Hypopus. Bene badius, nitidus, perconvexus, subdiscoidalis, tamen postice latior, rotundatus, antice angulatus. Disculi

adhaesionis 12, nec non tuberculi disculiformes tres disculis veris commixti. Pedes omnes breves, ungue nec non pilis adhaesionis duobus, uno longo, altero brevi, infundibuliformibus apice aucti. Ad 420 μ. long.; 340 μ. lat.

Habitat ad pectus *Teffli megerlei* cum foemina supradicta collectus.

Canestrinia manicata n. sp. Mas perfecte rhombicus, postice subacutus, ibique setulis basi crassis, longis quatuor, appendiculis foliiformibus duabus ornatus. Pedes tertii paris monstruosi, tibia abnormiter in cornum ad dorsum producta, tarso late trigono, femure calcarigero. Ad 400 μ. long.; 400 μ. lat. Foem. simplex, postice rotundata, quadripila, humerata. Ad 600 μ. long.; 450 μ. lat.

Habitat super *Doriphora tessellata,* « Brasile ».

Canestrinia spectanda n. sp. Mas rhombicus, postice attenuatus, recte truncatus, pilis longissimis quatuor, percurtulis duobus, Pedes crassitie pares. Tarsi tertii quartique paris longissimi, falcati. Disculi copulationis magni, circine fusco extrorsus protecti, intersese contigui. Ad 600 μ. long.; 450 μ. lat. (Caeterum valde statura variat). Foem. maris subsimilis, vix maior.

Habitat super *Dorcus bucephalus,* « Giava ».

Canestrinia microdisca n. sp. *C. spectandae* subsimilis, sed bene diversa. Mas tarsis curtioribus quam in *C. spectanda,* disculisque copulationis perparvis, rotundis, incoloribus. Penis rectus, sat longus, apice acutus. Ad 550 μ. long.; 450 μ. lat. Foem. subsimilis, vix maior.

Habitat super *Dorcus saiga,* « Giava ».

Canestrinia nepalensis n. sp. Foem. sat elongata, subovalis, humeratula, postice late arcuato–truncata, longe quadripila. Tarsi omnes mediocriter elongati. Ad 480 μ. long.; 300 μ. lat. Mas ignotus.

Habitat super *Dorcus nepalensis,* « Giava ».

Gen. **Canestriniella** n. gen. Caracteres gen. *Canestrinia* maris tamen pedibus tertii et quarti paris (istis caeteris crassioribus) ambulacro destitutis, tantum ungue valido terminatis. Typus *C. amplexans* n. sp.

Canestriniella amplexans n. sp. Mas rhombico–circularis, abdomine post quartos pedes strictiori, spathulato, utrinque sat longe bipilo (ad angulum postico–lateralem). Pedes quarti paris (quibus foeminam amplexatur in copula) caeteris validiores, forcipis more introrsus recurvi. Mas ad 380 μ. long.; 290 μ. lat.

Habitat. Plurima paria super *Batocera hector* ad « Batavia (Giava) » collegit Cl. Jacobson.

Canestriniella togata n. sp. Albida. Mas dimidio abdomine postico in lobulos hyalinos permagnos duos, intersese profundiore incisura discretos, quisque longe et acutissime bifidus et bisetus (setarum harum una in incisura cuiusque lobuli, altera in latere externo). Disculi copulationis intersese valde approximati, inter quartas coxas insiti. Pedes quarti paris percrassi. Ad 600 μ. long.; 320 μ. lat.

Habitat. Plurimos collegi mares in copula foeminasque ovigeras super *Batocera lunulata* et *B.* spec. « Giava, Indie orient. ».

Histiostoma brevipodum n. sp. Albidus, pyriformis, rostro apicali magno, palporum setis pedes primos longitudine aequantibus, pedibus omnibus crassis et percurtis. Foem. ad 350 μ. long. ; 200 μ. lat.

Habitat inter folia putria, « Palermo ».

HETEROSTIGMATA.

Podapolipus batocerae n. sp. Foemina ovigera subrectangula, postice truncata, ad humeros latissima, rotundata, anterius strictior, conica, in summo antico corpore pedibus anticis sat

longe conicis, secundi paris brevius coniformibus, praedictis adpressis. Mares consuetae figurae nec non iuvenes, sed scutis epimeralibus latis, perconspicuis, dermate striato intersese optime distinctis. Foem. ovigera ad 850 μ. long.; 600 μ. lat. ad scapulas. Mares iuvenesque ad 350 μ. long. (cum rostro); 150 μ. lat.

Habitat innumerus sub alis *Batocerae hectoris,* « Batavia, Giava ». Collegit Cl. Jacobson.

Gennaio 1910.

Gli estratti di questa Nota furono pubblicati il 12 Febbraio 1910.